



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. I. In anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis, factu[m] est verbum domini in manu Aggei prophete, ad Zozobabel filium Salathiel ducem Juda, [et] Jesum filium Iosedech ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

IN AGGAEVM PROPHE- CA. I. Fo. CXCVIII.
 PROLOGVS RVPERT. IN AGGAEVM
 PROPHE TAM.



Aggæus, decimus est in ordine duodecim pphetarū. Spūs sanctus qui per os pphetarū loquebat p̄sagio signari uoluit noie, ut uocaret Aggæus, uidelicet secundū negotiū, de quo per os eius erat locuturus. Hoc nāq; nomē Aggæus, interpretat festiuus, & magnā utiq; festiuitatē p̄spiciebat eius oculus, dū ista loqueret, quæ nūc habemus in manibus, dum diceret p̄ eum dñs: populus iste dicit. Nondū uenit tempus domus dñi ædificandæ, & dum iubente dño interrogaret sacer dotes, dicens: Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora uestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panē aut pulmentū, aut uinū, aut oleū, aut omnē cibū, nunqd sanctificabitur: & si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Hæc & cætera hmōi dicta si ue interrogata qui intelligit, cur scribi digna fuerint profecto magnā & dignā sentit causam huius quoq; nominis Aggæi, i. festiui, nec dubitat quin tale uocabulū sortitus ille fuerit natus dei, qui quos præsciuit sanctos, & prædestinauit illos & uocauit, iustificauit & magnificauit. Nunquid em festiuitas alia nō erat in corde pphetali, nisi lætitiā, qualem habebat uel habere poterat cum plebe, de illa reædificatōe templi manufacti, iteæ cōtaminandi, iteæ irreuerenter arsurū: Equidē fuerit eius dē templi reædificatio, quā præsens uidebat, materia magnæ festiuitatis, ueruntamē non secundū se uel propter se, sed propter omniū sanctoꝝ, & angeloꝝ & hominū festiuitatē Christū: quia futurus erat, ut reædificato tēplo, muri quoq; ciuitatis postmodū reædificarent, & rursus ciuitas habitaretur, & reædificata ciuitate rursus coalesceret in terra populus, unde Christus seruata ueritate promissionis, quæ ad Abraham & ad Dauid facta, & iuramento firmata fuerat, nasceret. Igitur omnia quæ hic loquitur Aggæus sic adiuuante spiritu sancto suscipimus, ut eum omnino in Christum tendere non dubitemus: & tunc demum nos quoq; Aggæi, id est, festiui quodammodo dici uel esse poterimus, uidelicet contemplando id ipsum, quod iste contemplaturus, diuino utiq; præsagio uocatus est Aggæus.

Aggæus, id est festiuus.

Rom. 8

Lætitiā Aggæi in Christum tradit

RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS IN AGGAEVM PROPHE TAM
 COMMENTARIORVM LIBER VNICVS.



Mano secundo Barij regis, in mense sexto, in die vna mensis, factū est uerbum domini in manu Aggæi prophete, ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & Iesum filium Iosedech sacerdotem magnū dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit. Nondum uenit tempus domus domini ædificandæ. Et factum est uerbum domini in manu Aggæi prophete, dicens: Nunquid tempus uobis est ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Primo illud operæpretium est quod sicut Nabuchodonosor in sanctis prophetis scripturis diabolo assimilatus, uel similis demonstrat, ob eam causam qua populum dei captiuū de Hierusalem in Babylonē abduxit secundū similitudinē diaboli, qui genus humanū in primis parentibus de paradyso in hunc mundū captiuauit. Ita Zorobabel & Iesus filius Iosedech, & cæteri filij transmigratiōis, qui ascendentes de Babylone, templum & ciuitatem dei reædificauerunt, illos significauerunt patres siue patriarchas & populum, nec solum significauerunt, uerum etiam pars eorum fuerunt, qui de hoc mundo tendentes ad deum, hoc meruerūt, ut de carne ipsorum nasceretur Christus, tēplū nō manufactū. Nam sicut tēplū illud à filiis captiuitatis ædificatū est, ita Christus de p̄ribus, cōfidentibus qd peregrini & hospites eēt sup terrā, natus est. Vñ & corpus suū tēplū ipse nūcupauit. Soluite (inquiēs) tēplū hoc, & post tridū excitabo illud. Nā hoc dicebat ait euāgelista, de tēplo corporis sui. Cū igitur hic ita dicit: factū ē uerbū dñi in manu Aggæi prophete ad Zorobabel filiū Salathiel ducē Iuda, & Iesū filiū Iosedech sacerdotē magnū dicens, Hæc ait

Filii transmigratiōis.

Heb. u.

Iohan. 8

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

Hæc ait dñs exercituū, dicens: Populus iste dicit, nondū uenit tempus domus dñi ædificandæ, & hoc dicto nihil amplius addit, nisi rursus præmissio, & factum est uerbū dñi in manu Aggæi, profecto hoc ipsum populus iste dicit: nondū uenit tēpus domus dñi ædificandæ. Tale oportet intelligi, quale non potuisset sciri, nisi per uerbum dñi, quale Aggæus scire nō posset, nisi Propheta esset, nisi ad eum uel in manu eius uerbū dñi factū fuisset. ¶ Et quod illud est, nisi quod hodieq; audimus & uidemus: Nā populus iste notabilis, & publica captiuitate notatus & notus, populus Iudaicus dicit: quia Messias nondū uenit, tempus ædificandæ domus dei nondū uenit. Nos autē dicimus, credimus, propter quod & loquimur, quia tēpus iam dudū uenit, iam dudū templū hoc ædificatū est, & in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & hoc de carne Mariæ uirginis ædificatum est. Non (inquit) ille fuit Messias nec est, q̄ de Maria natus est, ueniet alius, eum expectamus adhuc. Dum hoc populus iste dicit, nōne sacrilegiū facit: Mendacē quippe facit patriarchā & patrē suū dicentē. Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Si uerum ille dixit, imō quia uerū dixit, ubi ablatū est sceptrū de Iuda, regnante Herode alienigena, q̄ patre Idumæo & matre ortus erat Arabica. Iam tunc erat aduentus Messia: qd̄ tempus (ut iam dictū est) erat domus dñi ædificandæ, de qua & in Parabolis dictū est: Sapientia ædificauit sibi domū, scidit columnas septem. Hoc animaduerso, constat profecto: quia non tunc, quia non absq; propheticae autoritatis dignitate præmissum est. Factū est uerbum domini in manu Aggæi prophetæ. Hæc ait dñs exercituum dicens: Et tunc demū breuis iste sermo subiūctus ē, pp̄ls iste dicit: Nōdū uenit tps domus dñi ædificandæ. In paucis quippe uerbis, magnum istius populi malum signabatur, quod uidelicet uenientem Christum, non suscepturum, aliumq; foret expectaturus. Vnde & ipse loquitur: Ego ueni in noie patris mei, & non suscepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illū suscipietis. ¶ Ecce aliud: Ex factū est uerbum dñi in manu Aggæi prophetæ dicens: Nunquid tēpus est uobis, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Et hoc nimis qd̄ ait: Nūquid uobis tēpus est, ut habitetis in domibus laqueatis, & dom⁹ ista deserta, tā magnū est, & ita magnifice intelligi debet, ut dignū sit uerbo dñi, & ore prophetali, q̄niam edictū est p̄missa tali enūciatione, & factū est uerbū dñi in manu Aggæi prophetæ. Et reuera magnū & magne est stultitiæ mendacium, quod populus iste, cum dicit: nondū uenisse tempus ædificandæ domus dñi, conēdit nihilominus asserat paradysi uel regni dei mansiones iam à patribus possideri, & sibi hæc reuerentiam illam omnino deberi. Veritas enim ita se habet, quod nulli regni cælorū aditus pateere potuisset, nisi p̄ aduentū Christi, & quod non sit in alio aliq̄ salus, aut aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Interroga Iudeum in quo uel unde cōfidat saluari, uel paradysum ingredi, si Christus nondū uenit. Et respōdet tibi, quod p̄ Abraham, uel per iustitiam suā factus sit aptus regno dei. Ergo (inquit Propheta) domus ista deserta. i. aduentus Christi nulla est gratia, nulla est utilitas. Vt quid enim Christus promissus fuit aut uenire debuit, si absq; aduentu eius homo per iustitiam suam saluari potuit? Igitur unde apud aliam Prophetam arguitur populus iste, dicendo: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, quæ non ualent aquam cōtinere. Inde & hic arguit ænigmatically, dicēdo: Populus iste dicit: Nōdū uenit tps domus domini ædificandæ, & nunquid uobis tempus est ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Vnum quippe malum est, negare Christū uenisse, aliud, domos siue mansiones regni dei sibi uel patribus suis arrogare, & ad hoc, ut in illas mansiones inducerentur sancti, aduentum Christi non necessarium reputare. ¶ Sciendū autem propter istam domū nō manifestam propter incarnationem uerbi dei filij dei futuram, reædificationem illius mansione ædificandæ domus fuisse necessariam. Si enim dous illa & ciuitas reædificata, & gens restituta non fuisset, unde promissio uel aduentus Christi, uel propositum eius adimpleretur, præsertim cū per alios prophetas dixisset: Quia de Sion exibit lex, & uerbum domini de Hierusalē. Vnde & si tunc temporis nō intelligebatur quæ nunc in istis prophetæ uerbis intelligimus, tamen non nihil conferebat ipse carnalis sensus, quo eadem uerba intelligentes, ad ædificandam domū illam accendebant. Vnde & in libro Esdræ scriptū est, Et nō fiebat opus uelq; ad

Iudæi male negant Christū aduenisse

Coloss. 2.

Gene. 49

Prover. 9

Iohan. 1

Habitare in domibus laqueatis.

Actu. 4

Duo mala committit Iudæi Hier. 2

Esa. 2.

1. Esdr. 4

annū secundū regni Darij regis Persarū. Prophetauerūt autē Aggæus propheta & Zacharias filius Addo, prophetates ad Iudæos qui erant in Iudæa & Hierusalem, in nomine dei Iisrahel. Tunc surrexerūt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & ceperunt ædificare templū dei in Hierusalem, & cū eis prophete dei adiuuantes eos. Verūtāmē quod populus ille tōc tēporis dixerit, nōdū uenit tēpus domus dñi ædificandę, ex eadem scriptura Esdræ nō cōprobatur, imō omnis (inqt) populus uociferabatur clamore magno in laudādo dñm, eo quod fundatū esset templū dñi: Hoc tñs quibusdā eorū displicebat, & fletū incutiebat, qđ minus fiebat qđ fuerat. Siquidē (ut Iosephus quoq; meminīt) cū fuissent altitudinis cubitorū centum viginti, reædificatū est in altitudine cubitorū sexaginta ex præcepto Darij, qđ tandē Herodes in antiquā magnitudinē reformauit. Plurimi (inqt Esdras) de sacerdotibus et leuitis, & principes patrū & seniores, qui uiderāt templū priusq; fundatū eēt, & hoc templū in oculis eorū, flebāt uoce magna, & multi uociferates in lætitia eleuabant uocem, nec poterat quisq; agnoscere uocē clamoris lætantiū, & uocē fletus populi. Vnde ergo secundū literā dī cū elie cōstabit, Populus iste dicit, nondū uenit tempus domus domini ædificandę. Igitur quomodocūq; tunc res sese habuerit, nos (ut cœpimus) sic intelligere curemus, tanq; uerbū dñi, tanq; prophetiam tendentē quo omnes prophete intendūt in tempora uel sacramenta Christi. Sequitur: **Et nūc hæc dicit dominus exercituum** Ponite corda uestra super uias uestras. Seminauistis multū, & intulistis parum. Comeditistis, & non estis satiati. Bibistis, & non estis inebriati. Operuistis uos, & non estis calefacti. Et qui mercedes cōgregauit, misit eas in sacculū pertusum. Et hæc ut litera sonat, non facile probantur ex historijs, quia uidelicet quod intermissum est opus, & non fiebat usq; ad annum secundum regni Darij, hoc egerunt hostes Iudæ & Benjamin, quia conduxerunt aduersum eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarū. Si inuito populo dei opus intermissum est, quomodo illa intermissio pro crimine reputatur ei, & uindictur in eum sterilitate terræ, & defectu potus atq; ciborum, & calefactionis siue uestium? Itaq; sicut iam dictum est, quomodocūq; tunc res sese habuerit, spiritualiter (ut cœptum est) intelligere curemus uerba spiritus sancti. O Iudæi qui in utroq; peccatis, & in eo quod dicit: nōdum est tempus domus domini ædificandę, quod est dicere: nondū est tempus aduentus Christi. Et in eo quod habitare presumitis in domibus laqueatis, domus autē ista deserta, quod est confidere in operibus legis, tanq; Christi gratia uobis ad salutē non sit necessaria. Ponite corda uestra super uias uestras considerate diligenter operationes siue actiones uestras. Deniq; hoc pacto sic uobis contingit, sicut illi qui seminauit multū, & intulit parum; & sicut illi qui comedit, & nō est saturatus; sicut illi qui bibit, & nō est inebriatus; sicut illi qui operuit se, & nō est calefactus; sicut illi qui mercedes cōgregauit, & misit eas in sacculū pertusum. Seminauistis quippe multā salutem, nā salus ex Iudæis est, sed intulistis parū, quia uidelicet qcquid ex patribus habere potuistis, parū est, imō nihil cōfert nō suscipiētib; semen benedictionis Christi. Comeditistis & nō estis satiati; quia uidelicet paleam seclantes literę occidentis, nō attigistis granū spiritus uiuificatis. Bibistis & nō estis inebriati, quia lugētes nō intellexistis, nolētes interesse nuptijs dominicę incarnationis, ubi de aqua uinū fit. Operuistis uos, & nō estis calefacti, id est preclaris nominibus patrū, & sacerdotio legis adornati, & exteriori religione uestiti, nihilominus qđ gētes frigidi pmāuistis, nō habētes dilectionē dei in uobis. Et qui ex uobis mercedes cōgregauit, i. qui aliqua operatus est secundū præcepta legis, sic pdidit, quomō qui mercedes misit in sacculū ptusum, quia profecto absq; fide Christi, nihil opera profunt. **Hæc dicit dñs exercituum.** Ponite corda uestra super uias uestras, ascēdite in montē, portate lignū, & edificate domū, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dominus. Cū iam domus ista quā dicimus domus uel tēplū corporis, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, ædificatū sit, quomō adhuc dicitur uel dicendū est populo isti ex imperio domini exercituum: ascēdite in montē, portate lignū, & edificate domū. Quomō (inquā) nisi ac si dicatur: credite uenisse Christū, credite in crucifixū, credite illum resurrexisse, & ascendisse in cœlū? Deniq; illi quidē primi ædificauerunt hanc domū, qui promissiones acceperūt, & ex qbus ipse Chrūs est secundū carnē, sed nos quoq; posteriores,

1. Esdræ. 3

Iosephus de antiqu. lib. 11. ca. 11

Mysticus sensus hic pot. us attendi debet q̄ litera.

1. Esdræ. 4.

Spiritualis literæ intellectus de Chro cōtra Iudęos

Iohan. 4.

2. Cor. 3.

Colloſ. 2.

Roma. 9



Mons Chrūs
Dani. z.

quiescūq; p̄dicamus uel recitamus librū generatiōis eiusdē Iesu Chri filij Dauid, filij Abrahā, & in summo eiusdē generatiōis uertice Iesum q̄ de Maria natus ē, testificamur eē Chri stū, p̄fecto ascēdimus in mōtē, q̄ iuxta uisionē Danielis impleuit orbē terrarū, & in quam uel ipsi credēdo uel alijs p̄dicādo credentiū facimus crescere numerū, intantū portamus lignū, & edificamus domū, & huiusmodi edificatio siue domus acceptabilis tibi erit, & gl̄ nificabor dicit dñs. **L** Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus, & intulistis in domū, & exufflaui illud. **N**ō facitis d̄ ludāi qd̄ mādauī uobis, ut optetis iustificari p̄ fidē Iesu Chri, sed respexistis ad amplius, i. uolulistis iustificari ex operibus, quasi opus uestrū sit amplius, q̄ fides eius, & ecce factū est minus, qd̄ ex eo satis paret, q̄a q̄cquid op̄s intulistis in domū, exufflaui illud, & dispersum est, sicut exufflatē aliquo dispergitur puluis exigua & uos quoq; cū opibus uestris eadē exufflatiōe in oēs gētes dispersi estis. **L** Quā ob causā dicit dñs exercitū: **Q**uia dom⁹ mea deserta est, & uos festinatis unusquisq; in domū suā, propter hoc p̄hibiti sunt sup uos cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germē suū, & uocauī siccitatē super terrā, & super montes, & super triticum & super uinum, & super oleum, & quęcūq; profert humus, & super domica & super iumenta, & super omnē laborē manūū. **I** Hęc ut supra diximus secundū literā accidisse, difficile ex historijs comprobatur, uidelicet, quod populus dixerit, non dū uenit tempus domus dñi edificandæ, & qd̄ iccirco prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra

1. Esdræ. 3.

ne daret germen suū. Nā ut Esdras memorat & diligēter denarrat, cum alacritate magna opus faciebant simul, laudantes dñm, & cōcinnētes in hymnis & confessione, quoniam bonus, qm̄ in æternū misericordiā eius sup Israhel, donec p̄ accusationē hostiū ludę & Beniamin actū est, ut opus intermitteretur, ut iā supra meminimus. **N**ō ergo causa manifesta est, cur ex die qua opus intermissum est, sterilitas terræ uel siccitas iuste illis accidere debuerit, nisi qd̄ satis credibile est, q̄a prohibiti edificare domū dñi, nimis cito prohibētib⁹ acquies uerūt, & circa edificatiōe domus dñi negligētes atq; socordes effecti sunt, gaudentes, qd̄ per hanc occasionē uacaret cuiq; suū domū edificare ad habitandū. Ceterū quomōcūq; tunc actū sit, nos Aggæum prophetā esse scimus unū de prophetis, per quos utiq; locus est spūs sanctus, & iccirco sub uerbis, q̄bus p̄sentes excitabatur & confortabatur, mytheria futurorū prophetico more illū signasse nō dubitamus. Cœpto igitur mō persequamur,

Esai. j.

Quā ob causam dicit dominus exercitū, uobis respiciētib⁹ ad amplius: ecce factū est minus, & cū hoc ipsum inferretis in domū, exufflaui illud: Quā ob causam odi, et prociēti uitates uestras: Videlicet q̄a domus mea deserta est, & uos festinatis unusquisq; in domum suā, i. q̄a uos nō queritis iustificari p̄ Christū, cuius solū corpus, iustitię domus est, & totius diuinitatis tēplū, & eius iustitię non subiecti, festinatis unusquisq; statuere iustitiā suam. Propter hoc sup uos prohibiti sunt cœli, ne daret rorem, prohibiti sunt apli ap̄d uos pedere sermonē, & terra, sc̄z ecclia p̄ orbē terrarū diffusa, prohibita ē dare germē suū, p̄hibita ē uobis iugerere euāgeliū, nō qd̄ debeat salutē uestrā cupere, sed qd̄ nō ualeat nolētib⁹ uobis ad salutē p̄ficere, & uocauī siccitatē, & sicut p̄ aliū dicit propheta: Nubibus mādauī, ne sup uos quōsdā uineam meā, pluāt imbrē. Sequitur: **E**t audiuit Zorobabel, filius Salathiel, & Iesus, filius Josedech, sacerdos magnus, & oēs reliquię populi, uocem dñi dei sui, & uerba Aggę prophete, sicut misit eū dominus deus uocē eorū ad ipsos, & timent populus a facie dñi. **E**t dixit Aggęus nūcius dñi, de nūtijs domin. populo dicēs. **E**go uobiscū dicit dñs. **E**t suscitauit dominus spm̄ Zorobabel filijs Salathiel, ductis Juda, & spiritū Iesu, filij Josedech, sacerdotis magni, & spiritum rectorū quorū de omni populo, & ingressi sunt, & faciebāt opus in domo domini exercitū dei sui, in die uicelima quarta & quarta mensis, in sexto mēse, in anno secūdo Bani regis. **I** Manifestus non est immorandum. Veruntamen hic non prætereundum, oēs

Coloss. z.
Roma. jo.

Cœli, Apli,
Terra, Ecclia

Esai. 7.

Zorobabel,
& Iesus Pontifex,
typus credentium in
Christum.

homines Zorobabel & Iesum sacerdotē magnū qui templū illud manufactū reedificauerūt, quoddā exēplar extitisse omnīū, q̄ tēpli nō manufacti, sc̄z corpis Chri fidē suscipiētē suscipiūt, & suscepturi sunt. Deniq; alter illoꝝ, uēz Zorobabel, filius Salathiel, q̄ filius Leuchoniz fuit, de tribu erat regali, Iesus uō filius Josedech sacerdos de stirpe sacerdotū. **N**ō ne & oēs, qui ad spūale tendūt uel ptingūt, templi nō manufacti corpis Chri, & sacerdotū & regū

& regis, sacerdotes & reges sunt: Vos autem (inquit Petrus) genus electum, regale sacerdotium. Et in Apoca. gratia: actionis ipsorum: vox ista est: Fecisti enim nos deo nro regnum & sacerdotes. Sed & hoc quod in sexto mese ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini, pro ipsa perfectione numeri senarii reminisci nos facit, quod angelus ad Mariam dixit, ubi ingrediebatur in uterum virginis verbum deus, sapientia dei, domum de carne eius mox edificatura sibi: Et hic mensis est sextus illi, qui vocatur sterilis. Forte & hic mensis sextus anni secundi Darii, qui ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini, & illic mensis sextus a conceptione Iohannis, qui concipiente uirgine de spiritu sancto, inchoatum est templum corporis domini, lectorum delectat propter perfectionem (ut iam dictum est) numeri senarii, qui constat ex partibus suis. Est enim dimidium eius ternarius, tertia pars binarius, sexta unitas, qui tres partes simul iunctae, senarii perficiunt. Eiusmodi numeros, qui ualde rari sunt, Arithmetici perfectos dicunt. Ex ipso igitur numero comoniti, libenter hic quoque predicam, quia perfectius inter cuncta opera mundi nihil est templo corporis Christi, quod edificatum est in absolute captiuitatis generis humani, secundum typum templi illius manufacti, quod edificatum est in absolute captiuitatis populi dei, qui de Babylonem rediit. Sequitur. In septimo mese, uicesima et prima mensis, factum est uerbum domini in manu Aggae prophete, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iudae, et ad Iesum filium Josedech, sacerdotem magnum, et ad reliquos populi dices: Quis in uobis est derelictus, qui uidit domum istam in gloria sua prima? et quid uos uidetis hac nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis uestris? et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus, et confortare Iesum filium Josedech, sacerdos magne, et confortare omnes populus terrae, dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi uobiscum, cum egredere mini de terra Aegypti, et spiritus meus erit in medio uestrum. Nolite timere, quia hec dicit dominus exercituum. Ab hac uenit modicum est, et ego commouebo caelum et terram, et mare, et aridam, et mouebo omnes gentes, et ueniet desideratus cunctis gentibus, et implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. Audeum est argentum, et meum est aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissime, plus quam prius, dicit dominus exercituum, et in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum. Totum hoc capitulum simul posuimus, ut quoniam per se satis patet literalis sensus, totius ad delectationem laetentis in ea mysterii diligenter pertingat animus. Nimirum quoniam (ut supra iam dictum) monuimus, fundatum est templum domini. Plurimi (inquit Esdras) etiam de sacerdotibus & leuitis, et principes patrum, & seniores, qui uiderant templum, antequam fundatum esset, & hoc in oculis eorum, fiebant uoce magna, & multi uociferantes in laetitia eleuabant uocem suam, nec poterat quisque agnoscere uocem clamoris laetantium, & uocem fletus populi. Causa haec fuit, ut diceret dominus. Quis in uobis est derelictus, qui uidit domum istam in gloria sua prima? & quod uos uidetis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis uestris? Fiebat enim ferè templum, dimidio minus quam fuerat prius. Hoc prospiciens siue intedens, magna erit gloria domus istius nouissime, plus quam prius, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem. i. peccatorum remissionem, dicit dominus exercituum. Equidem Herodes templum illud, quoniam erat priore minus, deposuit, & in antiquam magnitudinem reformauit, multis & magnis aedificijs decorauit, sed hoc nunquam dominus exercituum pro gloria reputare sit dignatus, quod homo funestus, rex impius opatus est, ex aequari uel etiam praeferrì contendens regi magnae opinionis, & sapientissimo Salomoni. Gloria illa, gloria uera fuit loco uel templo illi, quod in eo deus homo factus, offerri est dignatus, secundum consuetudinem legis dicentis: Quia omne masculinum adaperies uolua, sanctum domino uocabit, & quod in loco illo, in ciuitate illa, ante portas urbis pro omnium mundo crucifixus, pacem, i. peccatorum remissionem dedit creditibus, & his, qui prope erant, Iudeis, & his qui longe erant, Gentibus. Nunc illud dicere libet, quia quorum in oculis domus quam fundebatur, sic erat, quasi non esset, qui uiderant illam in gloria sua prima, fiebant uoce magna, uociferantibus in laetitia iunioribus, qui priore illam non uiderant, nonnullam similitudinem protulerunt eorum, qui tunc euangelicam praedicationis credentes, ex circumcisione grandem excitauerunt tumultum, & eos qui crediturunt ex gentibus, turbauerunt, sicut habemus in Actibus Apostolorum. Domus quippe nouissima sic erat, quasi non esset in oculis eorum, in comparatione eius, quam prius uiderunt, i. siue des Christi, & ritus sacrificij noui, sacrificij ueri, cuius ipse Christus author est, sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, non ualere ad salutem illis uisus est, nisi circumcideretur, et omnem obseruaret morem, quem tradidit Moses. Sed quid dicit sermo propheticus? Et nunc con-

1. Petr. 2.
Apoca. 7.
Mysterium numeri senarii.
Luc. 1.

CAP. II.

1. Esdr. 3.

Vide Iose. in antiqu. lib. 11. cap. fin.

Exod. 34
Luc. 2.
Eph. 2.

Act. 15. 14.

Psal. 109
Act. 15.